



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Cultu Sacrosancti Cordis Dei Ac Domini Nostri Jesu Christi**

**Galliffet, Joseph de**

**Romae, M.DCCXXVI.**

Civitatis Avenionensis votum perpetuum an. 1722.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45817](#)

## CIVITATIS AVENIONENSIS

Votum perpetuum, anno 1722.

*Die 4. Novemb. festo S. Caroli Borromei dicata.*

**A**d iram divinam placandam, & graffanti pesti-  
lentiæ sævissimum flagellum avertendum, Illu-  
strissimus ac Reverendissimus Dominus Archiepisco-  
pus publicam decrevit supplicationem, cui ipse inter-  
fuit nigra veste induitus & stola violacea, e collo pen-  
dente fune, & Crucem portans ab Ecclesia Metropoli-  
tana usque ad portam Templi dicti a Visitatione. Hic  
concionem habuit præsertim de cultu sacri Cordis  
Jesu, & fiducia in eo reponenda: qua finita concione,  
D. Assessor nomine Magistratum, & totius Civita-  
tis, ad pedes Archiepiscopi votum vovit, ut sequi-  
tur.

Vovemus Deo omnipotenti & æterno, coram  
gloriosa Virgine Maria, Angelis, & Sanctis curiæ  
cœlestis, & tibi, Illust. ac Reverend. Præful; ac pro-  
mittimus adituros nos quotannis, qua die tibi placue-  
rit, Templum a te designatum; ibidem ad futuros sa-  
cro, & oblaturos Cereum decem librarum pondere,  
ut novo & solemni hoc cultu, nobis, civibusque, di-  
vinæ benignitatis beneficia, quorum fons est C O R J E-  
S U conciliemus. Rogamus insuper Præful Ill. ut festum  
jubeas agi diem, quem voto persolvendo designabis:  
atque in monumentum æternum extet concessionis  
tuæ actus publicus. Archiepiscopus autem locum,

vo-

voti persolvendi, in perpetuum assignavit Templum  
Monasterii a Visitacione. Diem vero, feriam sextam  
infra octavam Corporis Christi.

## EPISCOPUS CARPENTORACTENSIS

*Franciscus Maria Abaty, Episcopus Carpentoractensis.*

**I**S, edicto suo, ad præcavenda mala ex contagione civitati impendentia, promulgato, ( quo , haud scio , an aliquid in eo genere prudentius ac utilius prodierit ) dum media ad avertendam divinam iram commemorat .

In primis , inquit , hortamus civitatum pagorumque nostræ Dioceſeos Consules , ut iis , quorum interest, in consilium adhibitis , vota SACRATISSIMO CORDI DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI faciant : Quod nimur refugium universale Christianorum esse debet; quodque specialiter colitur postridie octavæ Corporis Christi . Datum Carpentoracti die 17. Nov. 1721.

CLE-